Bonis Advocatiae praedictae cum curiis, praediis, structuris, Molendino, Taberna subditis ad eandem Advocatiam pertinentibus cum omni praemissarum jure, Dominio proprietate ac quavis ampliatione et prerogativa. Juris praedicti cum omnibus et singulis bonorum Advocatiae suprascriptae usitatis, fructibus, proventibus, redditibus, obventionibus, emolumentis, aliquibus pratis, campis, sylvis, pascuis subditis in bonis praefatis tendentibus, laboribusque ac Censibus, dationibus ac quibusvis aliis officiis et obsequiis quibuslibet attinentiis et pertinentiis glo. universis. Nihil ex praemissis juris dominii proprietatis et cuiusvis competentiae ac prerogativae prosecutis successoribus aut alio quopiam reservando, verum prout praemissa omnia idem Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem servabant, Jamere Nunc et de facto Nobili Lazaro Lubczerski filio suo eiusque posteris edidit et condescendit omnique et integrum jus suum in personam eiusdem filii sui eiusque posterorum totaliter et plenarie transtulit et incorporavit prout praesentibus transfert et transfundit. In quod quidem jus eiusdem bonaque omnia praesentibus abscessa. Memoratus Recognoscens suis eiusque praefato Cessionario suo eiusque posteris, dat et admittit realem pacificamque possessionem, per Nobilem quemcunque et Nobiles duos, de quacunque voluerint officiose acceptandam. Per ipsum filium et Cessionarium suum eiusque posteros hoc idem jus eiusdem praemissorum omnium a bona suprascripta praemissaque praesentibus abscessa et transfusa vero prerogativis suprascriptis tenendi habendi et possidendi, illisque pacifice et quiete utifruendi, ad suosque

suosque vel suorum successorum beneplacitos usus libere et effectualiter convertendi, vigore praefati originalis sui jurisdictionis et emmalatuis in se complectentis praemissaque cessi et transfusi.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Quarta ante Festum Sancti Bartholomaei Apostoli proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo.

22/VIII 1640

Stieczek Lodzinski mu Tenetur.

Ad praesens pro eorum officio actisque praesentibus Castrensis Capitaneatus Praemisliensis Erosus Adamus Dzierzek de Kopnie Sanusmensis et Corpore exempta a Jnis Ductibus Jambus Jundinibusque suis ubusvis praepositis et Competentibus recedendo praesenti vero Jurisdictioni Castrensis Praemisliensis pro ad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis glo. ibus totaliter et plenarie incorporando ac subjiciendo Palatinatus publice ac per exemplum recognovit. Quia ipse Erosus Adamus Lodzinski eiusque posteris summam Trium Millium florenorum polonicorum ven. vigili et liquidi debiti mutuatamque pecuniae, tenetur atque debet. In qua quidem summa Trium Millium florenorum polonicorum idem Recognoscens bona sua propria et hereditaria infrascripta videlicet totum et integrum oppidum dictum Piasecza in Terra et Dicto Lodzinensi

Conversi

1936

1934.